

IOANNES PRAESVL AVGVSTANVS.



IOannes ille, Schadlandius dictus, in Frisia natus & educatus est. Is amore literarum Domini canorum ordinem ingressus, uigilanti studio Philosophiae & Theologiae incubuit. Itaque cum felicissimo ingenio esset praeditus, breui in uirum doctissimum euasit, ita ut Coloniæ Theologiae Doctor publicè crearetur. Cum postea sedes Hildesheimensis uacaret, pontificis opera tricesimus septimus eius loci præsul electus fuit. Itaq; eò se conferens ab omnib. magna reuerentia exceptus fuit. Cum autem ipse ad literas natus esset, petijt ab auxiliis ut in episcoporum Bibliothecam introduceatur, quo suas horas bene collocare posset. Ibi illi eum in instructissimum armarium duxerunt, atque armis & lanceis ostensis, dixerunt: Hos esse suorum episcoporum libros. Nam Brunsuicenses princi-